

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3066

Auteur(s) : Guillaume de Tournebu, Coutances (évêque)

Bénéficiaire(s) : Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1185

Lieu d'émission : Saint-Lô

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de Guillaume, évêque de Coutances, datée de Saint-Lô en 1185, confirmant les dons à l'abbaye de Saint-Sauveur de diverses églises déjà confirmés par l'évêque Algare et le Roi Henri II, et au nombre desquelles sont les églises de Saint-Brelade, de Saint-Jean des Chênes, de Saint-Pierre du Désert, de Saint-Héliier, et de Saint-Clément.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 176, p. 256-257.

Texte établi d'après a

Universis Christi et ejus sponse Sancte Matris ecclesie fidelibus hanc cartam visuris et auditoris Willelmus divina miseratione Constantiensis episcopus salutem. Noverit universitas vestra quod Ego justis et honestis petitionibus abbatis et monachorum conventus Sancti Salvatoris vicecomitis hujusce diocesis favorem benevolum volens impertiri concedo et de meo episcopali jure condono sicut jam concesserunt et ante condonaverunt prefatis abbati et monachis tam presentibus quam futuris predicti conventus Algarus pie recordationis predecessor meus Constanciensis episcopus et Henricus Rex et dux Normannorum ut in ecclesiis et parrochiis Sancti Johannis de Sancto Salvatore, Sancti Audoeni de Cathevilla, Sancti Salvatoris de Petraponte, Sancti Martini de Goio, Sancti Remigii de Landis, Sancti Sansonis de Ansnevilla, Sancti Petri de Fontaneto supra vada, Sancti Stephani de Alvers, Sancti Martini de Lievilla, de Fredevilla et de Escaldevilla, Sancti Germani de Tornebusc et de de Direth, Sancti Martini de Henevilla et de Grouvilla, Sancte Marie de Podiis pro media parte, Sancti Petri de Trialvilla, Sancti Michaelis de Bricbosch et Sancte Marie de Couvilla in quibus abbas et monachi predicti hactenus possederunt et legitime perceperunt majores et veteres novalis quoque decimas pro ea portione qua veteres cum terris elemosinis et omnibus aliis pertinentiis ad omnes supradictas parrochias et ecclesias spectantibus in posterum possideant et quiete percipiant.

Concedo etiam et condono predicto conventui in Insula de Gersoio ecclesias de Sancto Broelario, de Sancto Johanne de Quercubus, de Sancto Petro de Deserto, de Sancto Helerio et de Sancto Clemente cum omnibus decimis, terris et elemosinis ad illas ecclesias pertinentibus. Et ut omnes suprascripte donationes stabiles in futurum et inconcusse perseverent predictam hanc cartam meam sigilli mei munimine corroboravi. Testibus his Ricardo de Poleio archidiacono, Rogerio de Herouvilla canonico, Nicolao Comin canonico cum multis aliis. Actum apud Sanctum Laudum anno dominice incarnationis millesimo centesimo octogesimo quinto.